

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 7: De simulatis virtutibus (2)

Augustinus:

Omnis simulatio et omnis duplicitas mendacium est.

Cavete, fratres, mendacium;  
quia omnes qui amant mendacium filii sunt diaboli;  
qui non solum mendax est,  
sed etiam et pater et inventor ipsius mendacii est:  
omnis simulatio, et omnis duplicitas mendacium est:  
ergo non solum in falsis verbis,  
sed etiam in simulatis operibus mendacium comprobatur.

Auctores varii, *Sermones sancto Ambrosio hactenus ascripti*, 30.3 (PL 17, col.666B).